ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: AENEAS SILVIUS PICCOLOMINI. IOHANNES GUALLENSIS. THOMAS SUBPRIOR OCART. HUMBERTUS DE ROMANIS ETC. TEXTE ZUR TÜRKENGEFAHR

Melk, Lambach, u.a., 3. Viertel 15. Jh. Seite 22r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Quod enim ait flaccus licuit semperque licebit
Signatum presente nota producere nomen. Vt
silue foliis pronos mutantur in annos. prima cadunt
ita verborum vetus interit aetas/ et iuuenum ritu
florent modo nata vigentque. Ad eos referendum est
qui iam orando atque scribendo magnum sibi nomen
fecerunt/ Sicut Terencius qui primus dixit abse
quium/ et beatus inventor missalis/ ac numeri
lius excogitator Augustus/ Qui mediocri sut
ingenio/ non inuenire vocabula. sed inventis
uti debebunt/ Sed omnibus autem verbis. sive
noua sint. sive antiqua. sive nra. sive aliena.
sive asperia. sive tersa. sive simplicia. sive
composita. nullus honos fuerit. nullaque laus.
nisi bene rebus accomodent/ Cuique duo sint
tantumdem significantia. eo uti possit qd melius
sonet et facilius intelligatur/ ut beatitu
dinem. q̃ beatitatem poscimus dicas.

Hic agit de derivatione/ compositione/ declinatione/ diminutione terminorum:

Cognita vero natura verborum diminutiones.
declinationes. derivationesque prosterne oportet/ Ne miseris prabellum. ex stanno. ex
uino vellum. ex parvo pusillum. ex prima
qd est acutum bipennem que securis est
utrique habens acies. ac ex recto qui bos
est fieri bovem/ et alamando lotum/ atque illotum
Variant namque plurimum dictiones/ et in casibus
et in temporibus/ et in numeris et in modis
ut hec tradita sunt apud grammaticos admodum
diffuse/ Nec ipsorum commuta verbis semper
eundem remanere patitur. sonum/ ut cadit. excidit.
cedit. excedit. calcat. exculcat testimonio